



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

XXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

* MCCCC
LII.

Clerus Marianus Rudelstadium Senatui sub certis legibus vendit.

*Marianum templum re-
stauratur.*

* MCCCC
LVI.

*Severiani
templi ex-
structio in-
certa.*

XXV.

* MCCCCL
VIII.

*(a) Supra ad annum MCCCXXII. & MCCCCXXXIX.
(b) Documenta Archivii Mariani.*

cessit, ipsa arx Duci restituta, * Ecclesie
Marianæ † Clerus pagum Rudelstat olim,
ut dixi, (a) emptum, Senatui acceptis
ducentis quatuordecim aureis oppignoratis,
(b) seu ut stylus iste fuit, pactâ redimendi
facultate vendit: census extrâ conven-
tionem essent, jurisdictionem solum cum
fructibus haberet Civitas, exigeret ope-
ras; attamen non ultrâ solitum ruricolâs
gravaret. Pretium in reparationem tem-
pli conversum, nam Marianæ Basilicæ na-
vis vetustate corrosa videbatur, & rui-
nam passim minari, imo laqueare jam de-
ciderat. † Casus fortunæ imputatus, quod
nondum collectis ad sacra hominibus ru-
isset. * Demoliti igitur parietes novis la-
pidibus, & iis quadratis eriguntur, altis-
simos fornices raræ pilæ, ac tenues su-
stentant. Paries meridionalis versus am-
bitum de veteri opere superest, novo mul-
tum impar. Attamen valvæ majores, &
introitus super gradus antiquam magni-
ficentiam, cujus reliquiæ sunt, abunde te-
stantur. Quando vicinum huic Severia-
num † fanum surrexerit, nec annales,
nec in tota æde monumentum testatur,
Mariano autem antiquius esse satis con-
stat, ac fortè cum hujus choro extru-
ctum.

* Judæos per tumultum plebis con-
sumptos, & census ab iis Electorali fisco
pendi

pendi solitos Civitatem se soluturam constituisse alibi dictum. Hæc à Theodorico, vellet urbem suam hoc onere sublevare, supplex petiit. (a) Remisit ꝑ Elector centum marcas argenti annuas, quæ loco Judæorum vectigalis solvebantur, canon autem, quem de ædibus pependant, etiam post hac præstaretur, Judæi nunquam reciperentur. Defuncto hoc anno Hennone ab Allenblumen, qui Vicedominatum ad vitam emerat, is Günthero Bocken sub iisdem legibus concessus est.

Remisit Elector Senatui census, quos ratione Iudæorum solvit.

Ipsa Erfordia paulò post graviori solitudine angebatur: Post mortem Theodorici de Moguntina Sede duo Æmuli Adolphus, ꝑ & Dietherus, (b) ille Nassovius, hic Isenburgicus comites, profanâ solitudine pugnabant, dumque alii hunc, alii illum sequerentur, patuit latus utriusque. Ipsæ urbes Moguntia & Erfordia (c) primum ꝑ Diethero adhæserunt, sed * illa ex improvise oppressa, durû fatû experta est, privilegiis publicè in foro combustis: hæc copias militares Diethero misit, quibus in prælio ad Pfedersheim Adolphi exercitum fudit. At cum sententiâ Pontificis dejectum esse Dietherum audiret, mutatis velis Adolphum secuta est. Fuerat autem ille sub Theodorico Erfurtensi

XXVI.

*Schisma Moguntinû inter Adolphum & Dietherum. Erfordia cui adhæserit? * MCCCCLXII.*

Pro-

(a) *Acta & instrumenta publica.*

(b) *Serarius in utriusq; vita.*

(c) *MS. Chronicon Petr.*